



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Evtropivs Valenti Maximo Perpetvo Avgvsto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**





EVTROPIVS VALENTI MAXIMO  
PERPETVO AVGVSTO.

**R**Es Romanas ex uolūtate mansuetudinis tuæ ab urbe condi-  
ta ad nostrā memoriā, quæ in negotijs uel bellicis, uel ciui-  
libus eminebant: per ordinē temporū breui narratione colle-  
gi strictim, additis etiam ijs, quæ in principum uita, egregia  
extiterunt: ut tranquillitatis tuæ possit mēs diuina letari, prius se illustriū  
uirorum facta in administrando imperio secutam, quam cognosceret  
lectionem.

## EVTROPII DE GESTIS

ROMANORVM, LI-  
BER PRIMVS.



**P**RIMVS in Italia, ut quibusdā placet, regnauit  
Ianus: deinde Saturnus, Iouem filium e Græ-  
cia fugiens, in ciuitate, quæ ex eius nomine Sa-  
turnia dicta est, habitauit: cuius ruinae hacten-  
us cernuntur in finibus Thuscæ: haud procul  
ab urbe. Hic Saturnus quia in Italia latuit, ab  
eius latebra Latium appellata est. Ipse em̄ ad-  
huc rudes populos, domos ædificare, terras  
incolere, plantare uineas docuit, atq; humanis  
moribus uiuere, cum antea semiferi gladium tantūmodo alimentis uitā  
sustērent, qui aut in speluncis, aut frondibus, uirgultisq; contextis casu-  
lis habitarent. Ipse etiam eis nummos æreos primus instituit, pro quibus  
meritis, ab indocili & rustica multitudine deus est appellatus. Post hūc Pi-  
cus eius filius, de quo fabulose dicitur, quod à quadā famosissima maga  
Circe nomine, ob cōtemptum eius amorem, in auē sui nominis sit muta-  
tus. Post hūc filius eius Faunus, qui fuit pater Latini: cuius mater creditur  
latinas literas reperisse. Quibus regnantibus  $\overline{CL}$ . anni feruntur reuoluti.

R Regnante

